

SCRIPTA

Numéro Scripta : 3130

Auteur(s) : Guillaume de Vernon [particulier]

Bénéficiaire(s) : MonteBourg, Notre-Dame (abbaye, abbé)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : ...1160...

Action juridique : donation

Langue du texte : latin

Analyse

Copies de trois chartes :

1. Guillaume de Vernon donne à l'Abbaye de Montebourg la Chapelle de St Magloire à Serk avec son clos, et deux acres de terre ainsi que les hôtes y demeurant. Il donne aussi à l'abbaye l'emplacement du moulin de St Magloire, de la paille pour le chauffage des moines, et le pâturage dans son domaine de l'île pour leurs bêtes.
2. Robert de Barneville donne à ladite abbaye vingt sols de rente à recevoir dans l'île de Serk sur Guillaume de Vernon.
3. Richard de Vernon confirme la donation de Robert de Barneville, ainsi qu'un autre don de vingt sols de rente fait par Henri de Barneville.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Société jersiaise, *Cartulaire de Jersey*, recueil de documents concernant l'histoire de l'île conservés aux archives du département de la Manche. 1er fasc., Jersey, Beresford, 1918, n° 306, p. 388-389.

Dissertation critique

Datation proposée dans l'édition.

Texte établi d'après a

I. Notum sit presentibus et futuris quod ego Willelmus de Vernone pro salute anime mee et patris et matris mee et omnium antecessorum sive successorum meorum dedi et concessi in perpetuam elemosinam Deo et ecclesie Sancte Marie Montisburgi ibi Deo servientibus capellam Sancti Maglorii in Serco cum omni clauso et hospitibus in eodem manentibus et duas acras terre que sunt extra clausum de dominico meo cum hospite ibi manente. Et preterea concessi prefate ecclesie Montisburgi et monachis sedem molendini quod fuit Sancti Maglorii ubicunque illud ponere voluerint super aquam usque ad mare in dominico meo cum exclusis si plures forte necessarie fuerint. Et ad focum monachi ibi manentis in predicta capella ministrantris stramen unius bladii mei avene scilicet vel alterius si ei magis placuerit et pasturam omnibus animalibus suis in dominicis suis et in omni insula liberam et quietam prorsus in omnibus. Hec autem predicta omnia dedi et concessi sepedicte ecclesie Montisburgi et monachis libera et quieta ab omni debito et servicio et ab omni re ad me et heredes meos sive proheredes pertinente, et ut eis rata et firma imposterum permaneant presentis scripti munimine et sigilli mei appensione roborare curavi sub hiis testibus Willelmo capellano de Sancto Floscello. Alano de Vinceleis. Berto Frello. Thoma de Caretot. Rad. de Caisneio. Thoma de Sancto Floscello et aliis pluribus.

II. Noverint omnes tam presentes quam futuri quod ego Robertus de Barnevilla do et concedo abbacie de Montebourc et monachis ibidem Deo servientibus pro anima Henrici filii mei et mea et omnium amicorum meorum vivorum et mortuorum viginti solidos de centum solidis quos habeo a domino Willelmo de Vernone in Serc insula in feodum et unam salinam in Bevelanda in perpetuam elemosinam et ut hec donatio rata et inconcussa permeneat auctoritate sigilli mei presens scriptum confirmo. Hujus rei testes sunt Willelmus de Vernone et Ricardus filius ejus, Hamo Brito, Guillelmus Brilleforre, Radulphus presbiter.

III. Ego Ricardus de Vernon concedo in perpetuam elemosinam abbacie Sancte Marie de Monteborc viginti solidos in insula de Serc quos Robertus de Barnevilla dedit eidem abbacie quando ejusdem loci monachus factus est cum aliis viginti solidis quos Henricus de Barnevilla eidem ecclesie dedit. Hoc autem facio petitione et assensu Oliverii de Barnevilla coram hiis testibus Guillelmo de Glatigneio, Radulpho de Gorgis, Radulpho Postel, Guillelmo de Coisneriis, Guillelmo de la Bruiere, Hamone Britone et multis aliis.